siis, dilationibusqi generaliter ordinis quelqnot sint,
et de iure, consuetudinesqi obseruentur, iuriscqi

ommibus remediis non vtẽ, nullumq; defectum præsẽ
ñscriptionis, postiuẽ citationis, ac processus ex ea
subsequuti, ipſi Instigatori, et successoribus obijciendo,
imo si aliqui defectus, aut vitia, tam in præsenti
ñscriptione, q3 in processu iuris, deprehensi, vel in:
uenti fuerint, illi ꝓfato gnoso Castellano Pramiſi:
ensi, nihil quicq3 prodesse, tum et ꝓdicto Instigatori
et successoribus eius neutiq3 obesse potermt. Quo
verò gnosus Castellanus Pramiſiẽ ꝓfatus, et
successores sui, quippiam earum rerum, quæ bona:
na industria parantur, contra ipſum Instigatorẽ
vel eius successores, in auxilium sibi et causæ
suæ, sive iudiciali, sive extraiudicialiter arrepſit,
et eo vadium, pro quo citatus, et citati fuerint,
euadereq3 et subterfugere voluerit, id totum irri:
tum et inane censetur, conseriq3 debet, totiesq3 si:
mile vadium, et vadia similia sex mille flo:
renorum ad solutiõ̃ irremiſſibiliter, et de facto sue:
cumbet, successoresq3 omnes, qui in bona succe:
derent, succumbent, simul et causam suã debet
amittere, et successores debent, vsq3 solutiõ̃
ꝓfati vadii et vadiorum ꝓstare debet, et succes:
sores debent. Pro quo vadio, in instanti ꝓfatus
gnosus Castellanus Pramiſiẽ, cum successoribus, a ju:
dicio et officio, ad quæ ni Regno Poloniæ citabi:
tur recedẽ, satisfacere, sine quouis strepitu
iuris, tenebitur, et successores tenebuntur. Quo so:
luto et soluto, vtiq3 inscriptionis ꝓsentis, oibusq3 eius
contentis, satisfacere tenebit, et successores omnes

tenebuntur qui in bona succedent, toties graties opus fuerit, sub alijs similibus vadijs suprascripte, tale prout suprascriptum est, super ipso Gnoso Castellano Pramissien et eius successoribus, repetien, nulla ad pmissa alia inscriptione terri, diuturnitate et taciturnitate temporis, abusu inscriptionis presentis, obstan. Hoc specialiter adiecto, quod si specialitas hic in aliquo loco expressa sit, id derogari gnalitati et e converso, gnalitas specialitati non debet. Sed quic quid omissum fuerit, specialitate, ea alia continere et concludere debet in se gnalitas, et e contra. Ac quia alia et singula pmissa in inscriptione pscripti continen et descripta, idem Gnosus Castellanus Pramissien personaliter coram nobis stans, confessus sit, in segi ac alia bona sua hereditaria et obligatoria, mobilia et immobilia, in quibuscunque terris et districtibus Regni Polonie, Ducatibus eidem incorporatis, habitis et habendis, successoribus regis occ, qui in bona succedet, omnes superius expressum, ultronee et libere assumsit, ac sue ipse Gnosus Castellanus Pramissien cum successoribus, bonaque alia, non erit nec erat absolutus, quoad inscriptioni presenti in toto, et in minima parte satisfactum fuit, et hoc a iure communi Regni, statutis et constitutionibus eiusdem recedat, imo ipse privatim in se successores quoque omnes, qui in bona succedent, ac alia bona sua,

suprascripta, assumit inscriptionis, recognitionisq; p:
sentis, vigore. Quod Gysalus Instigator, ab eodem
Ensso Castellano Praemsliensi pro rato et grato sus:
scepit, et memoriale solvit. Quar quidem inscri:
ptionem, recognitionemq; praesentem, coram nobis
nostra, aulisq; Cancellaria nra in par supra de:
nominatas, modo premisso fact, nos ratam, grata,
firmamq; esse confirmamus, roborq; perpetui fir:
mitatis, habere perpetua declaramus, Actum in
Castro Praemsliensi, feria quinta post festum sci
michaelis proxia, Anno Dni millesimo, trecentesimo
septuagesimo octavo Regni nri tertio. Sigho ri. Joan: Bona

Oppidi noui, Milatin, ca:
stellii Zarno: incolis, progatiue.

IN nomine domini, Amen. Sempiterna esto eius
quod sequitur memoria. Nos Stephanus, Dei grā
Significamus ri, Exposuit nobis mgcus Joānes a
Siemo, Castellanus Zarnoviensis, se omnino cōsti:
tuisse in fundo suo hereditario Zmialinski dicto,
qui in districtu Leopoliensi continetur, in loco q:
dam opportuno, oppidum nouum Milatin cogno:
minatq; erigere ac fundare. Petiitq; a nob,
utilis desuper consensum nrm Reginm, tanq;
necessarias comedere dignaremur. Quod nos
sane non gratanter fecimus; Damusq; eidem
oppido Milatin municipale ius Theutonicum

quod modo dicebamus Brixiæ, ut eo, tempore, sumptus
minus vitæ. Commodentur ad illo, et omnibus qui ad
habitandum, aut vitæ Delectus, modus et conjuncti:
Omnes universis, quæcunque ad Thesaurum pertinet:
Hæc eso videantur. Eximendi et liberati opibus
quibus ad habitatores cuncti oppidi, ad omni. insidiabuntur
quam. in eorpso aut ipsa animalia, unum pro se:
solum pro ipsis

singulis annis agen̄ et frequen̄.

Septimanale verò forum, singulis
qualibet septimana, celebrandum instituimus et
indicimus, ac pro instituto ac indicto haberi vo-
lumus, et decernimus per presentes, citra tamē
aliarum ciuitatum et oppidorum aliarēn̄ pun̄d:
cium et damn̄. Dantes etiam facultate dict̄
oppidanis et suburbanis ciusd̄ oppidi, fora ipsa
ebdomadalia, iam annualia q̄ septimanalia, diebus
et temporibus supraexpressis, more aliarū ciui-
tatum et oppidorum Regni nri agen̄, celebran̄,
et exercen̄, ita quod cūctis hoīb̄ sexus vtriusq;
cuiuscunq; status et conditionis fuerint, ad hoc
ipsum oppidum, pro foris q̄ dictis annualibus
et septimanalibus, pro tempore prouisionato,
cursu uenden̄ et emen̄, res pro rebus, et mer-
ces pro mercibus permutan̄, et alia negotia-
tionis genera exercen̄, uenire possint et re-
deān̄, ac in eodem, et redeān̄, nostra et nr̄or̄
successorum securitate, ac libertate potiantur
et gaudeant, Nisi tales sint, quos iura et le-
ges fouere non permittat, et quibus probōz̄
hominum consortia merito sint denegan̄da.
Vt aūt maior frequentia populi ad dictum
oppidum Milatin, eo citius cōfluere, ibidemq;
sedes suas et domicilia figere possit, decer-
nimus, damus, donamusq; cibus, quicunq;
oppidum ꝓdictum incolere ceperint, ibiq;

permanserit, tam oppidanis, qꝫ suburbanis, libertat-
tem, a data presentium computan, ad quatuor
annorum sese imediate sequen decursum, ab ex-
actionibus grauaminis ciuilibus, pro nra et Reipub:
necessitate laudandis et imponendis, et in posterū
tollendis et imponendis: necnon a foralibus ci-
uitatum et oppidorum quorumuis, seu a corū solu-
tione, puntalibus, aggeralibus, au-Thelonei fisi:
mo duntaxat excepto: a tgi generali, seu uni-
uersali, tam maioꝫ qꝫ minoꝫ Polonie-
Quamobrem mandamus uniuersis et singulis pre-
sertim uero Exactoribus, modernis et pro tempe
existen, Jtem Capitaneis nostris et corū uice-
capitaneis, litoꝫ hisce nris, ut ꝓfatos nrolos
oppi milahn, in hac libertate per nos, illis
concessa, ad decursum tpis supra scripti conse-
uetis et conseruari curetꝫ, ab illisqꝫ nullas
exactiones, contributiones publicas, nec foralia,
puntalia, aut Thelonea antigua, nouis finiti-
mis au uniuersalibus exceptis, exigatis, nec a
quoqꝫ exigi permittatꝫ. Quibus gratuor
anis elapsis, oppidani et Suburbani eiusꝫ op-
pi milahn ꝓfata, Thelonea, foralia, pun-
talia, aggeralia, in ollis locis simile soluent,
quemadmoꝫ alie ciuitates et oppida in circui-
in existen, soluere consueuer. Jn cuius rei fide
et testimoniū pntes nr̄ mā nr̄ subscripsim⁹ et Dat̄
Leopoli in Predecia Septembꝫ A° ut sup. Stephi. Rex

Andreæ Chocziecski mineræ ferrariæ in Captu Olstinen construen pas.

Stephanus etc. Significamus tenore præsentium, quorum interest, universis et singulis, quod nos ad intercessionem certorum Regni nostri consiliorum pro Nobili Andrea Chocziecki apud nos facta, ac etiam expicrites proventus Capitaneatus nostri Olstinen augeri, concedere esse duximus, ut quidem præsentibus literis nostris concedimus, mineram ferrariam, Cusi quidem id non cum damno, et prejudicio Capitis Gfalli fiat.) in sylvis ad eundem Capitaneatum Olstinen pertinen in loco Valky, ab proximo dicto, ex eruta radice, supra fluvium Wartha, effodiare, extirpare, ac construere, molendinaque ac alia instrumenta pro cudendo ferro parare et extruere. Ratione cuius mineræ, cum extructa fuerit, post expiratam libertatem, quam illi præsentibus ad duorum annorum decursum ab illa præsentium computan, damus et concedimus, tenebitur census tantum pendere, quantum ex aliis mineris ferrariis in eodem Capitaneatu Olstinen, in vicinia existen, Capitaneo nro pendi mur, vel quantum Receptores nostri, cum capto loci illius, posthac constituerit. Volentes vero nostra erga prædictum Andream gratiam declarare, eidem mineram prædictam cum omnibus ex ea provenien rebitibus agris, pratis, hortis, per Captu

nostrum modernum Olstinensem, pro qualitate et quantitate minerae emensuran, ad vitae eius extrema tempora concedere esse duximus, prout concedimus: Per ipsum, quoad vixerit, pacifice tenendam possidendae. Permittimusque verbo nro Regio, pro nobis, et seremissimis successoribus nris, Regibus Poloniae, quod nulli hominii ad excessum ipsum, consensum nrum praebebimus, nec seremissimi successores nostri praebebunt, Hoc nos ipsi pro mensa, fisco, aquina, aut quavis nostra alia et Reipub. necessitate redimemus, nec successores nri redimpturi sunt, Quinimo ipsum in pacifica possessione et usufructu libero conservabimus, successores nri, vita ipsius durante, conservaturi sunt, Salvis tamen iuribus et censibus nostris Regalibus nec prouentibus, semper permanen. Harum quibus manu nra subscripsimus sigillique Regni subappenso communiri mandauimus, testimonio Cracouiae Dnica decima die octobris, Anno Dni M. D. LXXVIII, Regni nri tertio. Stephanus Rex.

Leopolien capitaneatus Arenda, capto Leopolien ensi Nic: Herbort.

Stephanus &c. Significamus praesentibus litteris nris quorum interest, universis et singulis, quia nos perspecta habentes officia, ac in Rempubl: cum praeclara india Gnosi Nicolai Herbort de Fulstin, capitanei nostri Leopolien, quae no-

bis et reiprb: suma cum fide et diligentia prae:
stat, mbiesgi de nobis magis ac magis bene
merari studet, eidem volentes hoc nre grata
nostram declarare, omnes generaliter et singu:
los eiusdem capitaneatus Leopolien provenien:
tes, tam in fructibus, reditibus et proventibus pro nobis et
mensa nra exceptis, vel excipiendis, ad dict
capitaneatum spectan et pertinen, arendare
et locare esse duximus, prout arendamus et
locamus praesentibus: incipiendo eandem aredam
a die prima Januarii anni currentis millesimi,
quingentesimi septuagesimi octavi, ad diem vl:
timum Decembris, in anno eodem, et sic an:
nis continue et immediate se sequentibus, ad vi:
ta illius usq extrema tempora, continuan et
determinan, pro monete Regni vti usitate, per
grossos triginta computatis, florenis duobus mil:
libus, in aureos singulos, thesauro nro mo in:
scripto danda et inferen. Ita vero, ut me:
dietatem sume arende suprascripte, pro die
festo Joannis Baptiste sacra; Reliquam vero
pro festo nativitatis ejusdem; incipien prima
solutionem ab anno praesenti, et sic annis
singulis sequentibus, sine ullius dilationis,
cavillis, et procrastinationibus, ac sub privatio:
ne capitaneatus eiusd. ipse capitaneus moder:
nus nobis dare, ad thesaurum nrum, tempo:
ribus assignatis, inferre teneatur, sitis astri:
ctus. His nihilominus conditionibus adiectis

vt quartam partem Reipublicæ ibem Ernes Nico-
laus Herborith, solus per se, seorsim, singulis an-
nis solvat, Ranamqz deferat, nec id tamen
quod Reipub: debitus est, ex arenda nobis de-
bita detrahat et deducat: omnia quæqz onera,
consueta Capitaneatus Gstati, ferre, adimplere,
providere, solutionem servitii vniuersæ familiæ,
castri et præsidiorum, Gstare, Piscinas demissas
et disruptas, aggeresqz reficere, aßiloia deni-
qz antiqua, in curiis, præßis, molendinis, repa-
rare, illaqz sarta et tecta conservare, aliaqne
cessaria cõmunia ibidem cõmere, et suis sumpti-
bus, non aũt ex arenda Gstata expedire tenebitur,
ritqz astrictus. Sylvas denqz omnes eiusq Capi-
taneatus in bona custodia habebit, nec quicqz ex
eisq Gstor necessarium curiarum, Gliorum, ac mo-
lendinorum, subditorumqz usum, vicibere, multominus
vero vinendere, cineres cremare, ac alias mer-
ces sylvestres, fluuiis venum exponere poterit.
Limites bonorum nostrorum Regalium, ac sub-
ditos nros, a quibuscunq personis defendet, nec
eos iniectis laboribus, datiis, oneribus et alijs
quibuscunqz cum grauamine et iniuria exuqzita-
lis, prouentibus, opprimet, vel alijs ibem alijs
faciendi facultatem concedet: Brasea quoqz,
ex molendinis nostris emensurata, subditis no-
stris non alio Gtio vendet, Gm quoqz aqua
sit: Nec in oppidis, et alijs locis vicinioribus
obseruetur. Piscinas, si quas demittet, item

minatoribus piscibus implebit et impiscabit. Et:
officia nulla nova, ex suma arenda prescripta,
nisi cum scitu et mandato nro speciali, faciet,
nisi forte ea que Rmethones, opera sua, ex:
struere poterint, utpote bolodia, forestos, sepes,
et id genus alia. Instratoribus nostris, qui a no:
bis ad residen bona ma gestata venerit, eorū
equis, personis, et seruitoribus, victum et alia
necessaria suppeditabit. Nec quicqd hoīs nō
nobis ex suma arenda huius ponet. Si vero,
(quod absit.) per ignem, grandinis aut aque
vim, vel impetum, alqd hostium incursionem
et depopulationem, damnum aliquod in pos:
hi prouentibus, aliquando acceperit, debebit
id nobis in instanti significare. Nec vero ad
residen eadem dampna, Reuisores nros mittet:
alqd damni quantitate et qualitate perper:
sa, tantum, quantum aqualitas ratio postulabit,
illi, ex suma arenda' pfate defalcabitur su:
mme. Casu vero, si aliqua clāpa, in bonis capitis
pfati per dictum capitaneum, aut gentes ejus
alium, eius occasione, nobis facta et illata
fuerint, subditisq nostris, vis et iniuria ali:
qua inferetur, tum nos, Cōmissariis ad id de:
putatis, de omnibus his, cum eq iure agere
poterimus. Cum vero idem Gūfus Nicolaus
Herbort capitan Leopolien, e vitis excesse:
rit, tum deman bona pfata, cum oibus his
rebus, quecunqi pfato capiteo, circa nitrum sion

tradita, et in Inuentario specificata sunt, ad nos, et successores nostros, pleno iure redeant ac deuoluantur. Juribus aliis nostris Regalibus, salvis, ibidem semper remanen. In cuius rei fidem, presentes manu nra subscripsimus, sigillo: q̃ cõmuniri iussimus. Datis Kiepolomicijs, die undecima mensis Octobris, Anno Domini M D LXXVII, Regni vó nri tertio. Steph: Rex.

Joannes Wolski de Podhaicze, Joañi Pudlowski, Aduocatio in Czernona Niwa, cessit.

Stephanus &c. Significamus &c, Quod constitutus coram nobis et aulis Cancellarie nostre Gene: rosus Joañes Wolsky de Podhayecze recogno: uit, quia Nobili Joañi Pudlowski, de Bonca: ba, in villa nostra Czernona Niwa, in Capitaneatu Sochaczoniensi sita, tenta, uisq; q̃si Joãnis Wolsky, cum omnibus fructibus et emolumen: tis ad eandem Aduocatiam ex antiquo pertinen, omnigq; iure suo, in Bona Aduocatica: to, ac etiam pecuniarum summa in originali: bus literis expressa, cessit et condescendit, pre: sentibusq; cessit et condescendit: Nihil sibi iuris, et proprietatis, in eadem reseruans, sed totum in ipsum transfundens, una cum mis: sione et possessione per ministeriales terre illius apprehendend. Per ipsum Nobile Joannem Pudlowski, prænominata Aduoca:

liam cum omni iure et dominio, omnibusq; vti-
litatibus, fructibus et prouentibus, ad eam quo-
quitus pertinen, qui nūc sunt, et posea huma-
na in Austria inueniri poterunt, pariter et quie-
te possidend vigore confessionis eiusdem, tenend
haben, vtifruend, pariter et quiete possidend,
eo modo gremadmodū ipsemet quondam Joannes
Wolfhy de Lodhayese, supra memorata de-
uocatia vtebatur, et fruebatur. Quamquid
nos confessionem iuris, omnino ratam, et
gratam habentes, eam in oibus eius punctis, clau-
sulis, articulis et conditionibus, approbamus, ra-
tificamus et confirmamus, roborq; decreta fir-
mitatis obtinere debere decernimus. Cupien-
tes ant benignitatis et liberalitatis nostre
regia' mans testimonium erga predictum Nobi-
lem Joannem Pudlonski, cuius nobis eximia
virtus, et morum integritas cōmendata est, tu
etiam propter fidelia seruitia, qua' serenissimo
olim Sigismundo Augusto antecessori mo, sū-
mae cum fide et diligentia Christi declarare,
eidem iuste admitabilem super predictam cau-
sam, cum oibus ab illa, vt p'missum est, pen-
dentibus, et specten, dan et conferen esse duxim
quemadmodum damus et conferimus hoste tris
nostris, jta, quod eand causam cum oibus
eius tenebris et prouentibus ad ipsam ut-
quitus pertinen, p'dictus Nobilis Joannes Pu-

etonski, vigore harum Literarum nostrarum,
teneßit, habebit, et possidebit eademq; vtq;ue
hr ad extrema vitæ suæ tempora. Promit-
tentes verbo nostro Regio, pro nobis, et sere-
nissimis successoribus nostris, quòd Ioannes
miàtus nobilis Joannes Pretonsky vitam in
humanis egerit, ipsum ab Admoratia ipsata,
possessionesq; et vsufructu eiusdē, pro mensa
equina, aliave nostra, vel Reipub: neces-
sitate, non amoturos, nec cuipiam alteri amo-
vendi potestatem facturos, quinimo ipsum, in
libero vsu, et pacifica possessione supra dicte
Admoratiæ, ad vltimum vitæ suæ termi-
num conservaturi samus, et serenissimi successores
nostri conservaturi sunt. Quo vita functo, in
casum supra notatum, in bonis originalibus ex-
pressa, successoribus eius reposita fuerit, in
possessio eiusdē Admoratiæ, ad nos, successoresq;
nostros, pleno iure redibit et devolvetur. In-
cujus rei fidē et testimonium præsentes manu no-
stra subscripsimus, sigillisq; nro subinoptum
iussimus. Datæ Cracoviæ die Quindecima
mensis octobr Anno vltra Sep: Ste

Rctº minilis, traditæ
citationis Consulatui,
ex parte Tabulatoz, Cäc.

Stephanus &c. Significamus vt, quòd compens
personaliter, ad acta Cancellariæ nostræ, honestus
Henricus Scyvecki, miles gallis terræ et La-
lathinatus Cracoviæ, una cum nobili Stanislao
Rzeyeczki, in vim suæ fidelis et officiosæ relatis
coram quocunque iudicio seu officio Regni nostri
faciem, libere recognovit, quòd feria quarta
ipso die sancti Georgii, tradidit citationem
nostram famatis, Prouisoli et consulibus civita-
tis nostræ Cracoviæ, ut statuti sui, tum
existentibus, ex parte famatorum seniorum
ac totius communitatis contubernii braxatorum
seu tabernatorum civitatis eiusdem nostræ Crac-
oviæ illi, cum ea qua decuit reverentia susce-
perint: Qua quidem citatione statis, Prouisor
eadem et consules, ex officiis illorum, ipsi se
more ac contubernium braxatorum, licita
rant propterea, quòd ipsi statutis ipsorum of-
ficiorum suorum, ac gratiam absoluta sua pote-
state, ausi essent ex ipsis actoribus, ac contu-
bernio eorundem, exactionem quandam asser-
tam tornariorum, à gratibet coctura ce-
reuisiæ, multo iure aut Priuilegio ad id ha-
bito, aliis superioribus, sine permissione, ad
hoc vsq; tempus, exigere; loca vero depositio
lignorum assignata, ex quibus arci nostræ Crac
emolumentum cedit, sibi usurpare, mu-
tare; aqui fluuiales, ac domos et hortos, ibiq; ædifica-
re ad nos et Iurisdictionem nostram, huius citatis nrâ, statuto illi tertio

re gnemadmodum illa citatione ac etiam
protestatione ipsa, latius continebantur. Qua
gridem recognitionem seu relationem Minis
officiosam, nos actis Cancellarie nostre inseri
mandavimus, ac ratam et gratam habentes
robur debitum habituram decernimus. Cui in
rei istius fidem et Datis Cracovie, feria quinta
ante festum sči Luce Evangelistę proxima,
Anno etc. xxiij.

Andreas Rogulski,
Petrii Krzyżkawski
de 40 flor. quietat.

S.W. Stephanus et Significamus Vb. Comparuisse
coram nobis et actis Cancellarie nostre, No-
bilem Andream Rogulski, sanam mente et cor-
pore, liberę, palam, et perexpresse recogno-
uisse, Nobilem Petrum Krzyżkawski, de
quadraginta flor., per se ab eodem perce-
ptis et lenatis, actisq; Cancellarie nostre in-
scriptę, quietat, ac liberum fecit, sibiq; com
more perpetuum silentium imposit: illamq;
recognitionem debiti ipsius Krzyżkawski, cas-
sat, ac nullius roboris et momenti esse vult
et fecit, hac sua recognitione mediante. Quam
quidem recognitionem quietatoriam, nos admi-
simus actisq; nris inscribi iussimus. Cui in
rei istius fidem et Datis Crac. die xxiij octobris

Idem Rogulski.

Die eadem vigesima tertia octobris, Cra: coviæ, anno 1578, constitut plenipotentem cum plenissimo mandato, Nobilem Albertu Biesskiersk, ad percipien, ab eodem Nobi Petro Krzykawski summam centum florenor et pro eadem iure, vel aliqua legitima cõe agendi, de eademq; quietan. &c. R^dus Episp.

Mathiæ Wissinskj, in Sup: pis, stipendii annui assignatio.

Stephanus &c. Significamus præsens literis nris quia nos habentes rationem servitiorum Nobilis Mathiæ Wissinski servitoris nostri, nobis fideli præstitorum, ipsi, stipendii anni none, triginta florenos pecunie, nri et monetæ Polonicæ, dã. eos et assignan esse duximus: prout gnidem damus et assignamus hisce literis nostris, ex Suppis nostris Cracovien, pro quolibet festo Paschæ, ab eo quod proxime instat, prima solutione incepta, ad extrema vitæ eius tempora percipien. Quod Gnoso Casparo Cronance, Suppanorum nostrarum Cracovien Præfecto, moderno, et aliis pro tempore existen denuncian mandamus, vt prænotato Nobili Mathiæ Wissinski servitori nro, pdictos triginta florenos Polonicæ annis singulis, pro quolibet festo Pa:

scbā, ab eo quod proxime instat, primā solu-
tionem incipiendo. ex Scriptis nris Cracouien,
ad extrema eius vitā tempora, semotis qui-
busuis dissidiis, numeret et persolnat. Quod
nos, visa ipsius petitione, in rationibus srīs
ceptum sumus. In cuius rei fidē et testimoniū
premissi manu mā subscripsimus, sigillū nrm subim-
primi iussimus. Datū Crac ut supra. Stephi: Rec.

Recto positæ citationis, ex parte procuratoris vniuersitat Academiæ Crāc. super Elinski.

Stephanus &c Significamus q quod comparens
coram nobis, et curiæ Cancellariæ nostræ honestus
Joānes Gruszka minister gēlis terræ Crac, de Zion:
oge villa, in vim scā veræ ac debitæ relatio-
nis, coram gruczyn iudicio seū officio faciendæ
liberē, pabianē recognouit, quia ex parte
Venerabilium, Stanislai Pinczonii, sacræ theolo:
giæ Doctoris Professoris gē Plebani, et Tomi
Zobzia, Procuratoris vniuersitatis Academ.
Cracouien, posuit citationem nostram, feria qr.
ta proxime pcta, super nobilem Joachimum
Elinski, in domo laboriosi Matthiæ, colonor.
la Cielnicze ipsius nobilis Elinski hereda-

via. eamq3 pariet illius domus affixit. Qua
quidem citoc idem Nobis Clmsli, vñe nó ex.
Traditionis decime duorum annoꝝ ex bonis
Prossunien, hen Tenuta sue, citatur. In cuius
rei ꝓb. ñ Datꝝ crat q vigesta quarta
octobris, Anno ut supꝝ n. Rgtio ꝛ

Dziewieczczi assentiut
inscriptoi Jacobi Zborowsky.

wg. Stephanus n' Significamus vob. Quod compa-
rentes personaliter coram nobis et actis can-
cellaria nostre, Nobiles, Adam, olim Joānis,
et Joānes Dzierzęczky, sani mente et corpo-
re existentes, recebēn a Terris et bistricis
bus suis quibuscuis competentibus, hinc vero inde
Bichum nostre, se, cum bonis et suis bonis suis,
quoad quidquam hunc, subiciendo et incorporan
Liberē, palam, et per expressum recognouer
et quilibet seorsim recognouit, quia admissi-
ptionem, per Nobilem Jacobum Zborowsky
cum Nobili Katharina Dzierzęczka coniuge sua
Legitima, ex vi certi contractus, Nobilis Do-
phia Farzymiensky, olim Nobilis Benedicti
Zborowski relicta, nomine vero suo tuta,
qua ipsa Nobilis Jacobus Zborowski actis

Castrensibus Syradien obstrinxit, et obligavit se
Dñis amicis Nobilis Gabrielis Dzierzenska v.
xoris sue Legitime, de linea paterna propin:
quiores, ad acta quecunq; authentica, vim po-
petuitatis habentia, ad consentien inscriptionem
ipsi super villam Danimerska seu Strzesbor:
gorska Wolia, in terra Sandomirien et distri:
ctu opocznen sita, et per Generosum Joannem Stre
bosz, actis opocznensibus, in suma sexingentorum
florenorum pecunia eisdem coringibus, obligatorio modo,
suo et fratris sui Nicolai more inscripta, gnem:
admodum inscriptio ipsa, et religua acta, lab:
ere habent, adorare et statuere: ille qui-
dem, ut germanus, hic vero, ut patruelis, ipsi:
us Gabrielis fratres, consentiunt, ac ipsam in:
scriptionem et obligationem, gratam, ratam,
et firmam habent, ac in toto approbat et
ratificant, has sua personali recognitione me:
diante. Quam quidem ipsorum recognitionem,
nos ratam et gratam habentes, in toto appro:
bamus, ac robur debitum habituram decernig
Literis in eius rei fidem et testimonium, sigil:
lum Regni nri hisce Lris apprimi iussimus.
Datum Cracouie die vigesima quinta mensis O:
ctobris Anno ut supra.

Approbatio literarii

Famato martino Apoteca-
rio ciui Bochnen super ca-
sam certa concessarum.

Stephanus &c Significamus ac Exhibitas esse
coram nobis per certos consiliarios nros, Lras
pargamenas, sub tituło et sigillo Generosi
olim Nicolai Czikowski de Woisławicze, Ca-
stellani Cracouien, Burgrabii Crac et Advo-
cati Bochnen, continen in se confirmationem
donationis aream super aedifican Casam Bur-
rialem et legaminalem, per Famatos, Procon-
sules et consules Ciuitatis Bochnen, honestę
Catharinę Chanczona, filiam olim Joannis Pin-
ko Consulis Bochnen, sanas, salvas, et inte-
gras, omnigq suspicionis nota carentes: Supplj
cabungi est nobis more famati Martini
Apothecarii ciuis Bochnen, ijus gressibus ac
successoribus legitimis ipsius q Fatae Catha-
rinae habentis, vt eadem Lras authe nra Rl
gia approbare, ratificare et confirmare di-
gnaremur. Quarum quidem Literarum tenor
de verbo ad verbum sequitur, estq talis.
IN Nomine Dei Amen, Ego Nicolaus Czikow-
ski de Woisławicze, Castellanus Bolanecensis,
Burgrabius Castri Cracouien, et Advocatus hae-

rebitarius Bochnen. Notum facio tenore presen-
tium, quibus expedit, universis et singulis, tam p̃-
sentibus q̃ futuris, præsentium notitiam habitu-
ris, quomodo coram mei præsentia constitutus,
personaliter famatus Joānes Pinko consl pro-
pe residens et civis Bochnen, Exhibuit mihi
originale suas pargamenceas, donationis loci seu
aree super ædificandam seu construen casam
burgensalem et legitimalem, honestæ Catharine
filiæ suæ, et conjugi legitimæ providi Gregorii
Chamicz civis Bochnen, per famatos Procon-
sulem et Consules civitatis Bochnia data, et
perpetuis temporibus assignata, sub sigillo ap-
penso et titulo eorundem Consulum Bochn,
Supplicavitq; mihi humiliter q̃status Joānes Pin-
ko, quatenus super hasiusmodi suas, et donatio-
nem q̃dem loci seu aree, in eisq; contentam,
authoritate nra ordinariaq;, consentire, et
eas approbare, ratificare, et cõfirmare di-
gnaremur. Quarum tenor sequitur et est talis.
In nõe Dñi Amen, Ad perpetuam rei me-
moriam. Nos procons̃l, et consules uni-
que residentes civitatis Bochnia, Notũ fa-
cimus, quibus interest, universis publice, per
præsentes, quia cum famatus Joānes Pinko
Confrater sedis nostræ, ad p̃sens residen-

cinis Bochnen, in nostri praesen personalr
constitutus, nobis continuas petitiones suas obtu:
lit, gratiam honeste Catharine filie sue,
contboralisq legitime Dromidi Gregorii Cha:
micci cinis Bochnen, in nri presentia per:
sonalr constitutus, nobis continuas petitiones
suas obtulit, gratiam honeste Catharine
filia sua contboralisq legitima Dromidi Gre:
gorii Chamicci cinis Bochnen, locum, seu a:
ream ad edificandum casam habitationem et le:
gruminalem dare dignaremur. Cuius petitio:
nis benigne annuentes, considerantes ipsum Jo:
annem Pinko, Reipub: et toti civitati Bo:
chnen bene promeritum esse, et fideliter a
diuturnis temporibus consistentem, propter:
ea dictu Catharina Chamcsowa, pfatam
aream, seu locum longitudinis quatuor, et
latitudinis similr orgiarum quatuor, dicim
dan, ut exinde civitas tota Bochnen, non:
nullum emolumentum, seu crescentiam, pro:
rentis nove, construendo pfate Case, per
dictam Catharinam Chamcsowa facte, ha:
bere queat, prout pfatam aream seu locum
omnes insimul, unanimi vore, voluntate,
consensuq damus, donamus, assignamus, et per:
petuis temporibus, presentis inscriptionis mserip

Gfata Catharina Chamezona, et suis legitimis succ
cessoribus, habẽ, tenẽ, donã, dã, alienã, et
in meliores utilitates suas, quas noverit, conuẽrtẽ,
in corpus cippi ciuilis inter Casam Margarethe
Lukaszona ex una, et semitam, als tretr, qua
iter sub Prätorium ex opposito marelloni lanior
Bochnen, partibus ex utroq; sit, ad ädificãn sibi
suaq; legitimã posteritati quasam penestracem,
in qua butirum, legumina, pisces, aliaq; victua-
lia ona, ad usum humanum spectãn vendere de-
bebit: Et qua quidem casa penestrali iam destru-
cta, dicta Catharina Chamezona, et ipsius le-
gitimi successores, pro casa, singulis annis, pro
festo sancti Martini Episcopi, ad Prätorium
ciuitati, per mediam marcam pecuniarã sol-
uere debebit et tenebi. Actum et datum in Pre-
torio Bochnen, feria quarta antẽ festum sancti
Jacobi Apostoli proxima, de anno Dñi millesimo,
quingentesimo, vigesimo tertio. In cuius rei fidem
ob. maius robur, et euidens testimoniũ, sigillum
officii nostri consulatus, quo fungimur, presentib9
subappensum est. Ego igr Gfatus Nicolaus
Czikowski, Aduocatus hereditarius Bochnen, ad
supplicationibus Gfati Joãnis Cinko Consulis
et ciuis Bochnen benigne acclinatus, et cõ-
sideran prãmissas tras, instas esse, sanas,
in nullaq; sui parte suspectas, aut vitiatas,
super illas, in earum punctis, clausulis, articul9

et ambitionibus, totogé illarum tenore, de verbo
ad verbum, consentire, eas ipsagé ratificare, ap-
probare, et confirmare duxi, prout ex mea
authoritate ordinariali, super ipsas literas
et donationem loci, seu arcæ, in eisdé conté-
tam consentio, illagé ratifico, approbo, con-
firmo, harum serie literarú, decernén il-
las, et eiá ac singula in eis contenta, robur
debitæ et perpetuæ firmitatis habituru teno-
re præsentium modam, actum et datum in
Civitate Bochnia, feria secunda post festum
sanctorum, Simonis et Judæ Apostolorú pro-
ximé futura, de anno Dñi M, D, XXVJ. In
cuius rei fidem et evidens testimonium, sigil-
lum meum, quo fungor, præsti est subappensum.
Nos itagé Stephanus Rex præmoratus, literas
præmissas, omniagé in eis contenta, in om-
nibus approbam, ratificam et confirmam esse
duximus, ita tamen ut consuetum solitum exi-
la proveniens, singulis annis pendat, prout ap-
probamus, ratificamus et confirmamus per
præsentes literas. Decernén eas, si et in quã-
tum, in usu et possessione pacifica earú exti-
terit, vim et robur debitæ ac perpetuæ fir-
mitatis obtinere debere. In cuius rei fidem
Datum Cracoviæ die quindecima octobris, Anno ut sup. Stephi.

Martinus Jarochowski
et Helizabet Borowska
nöie filiæ Petri Kisz Ba-
bagi, constituũt plenipoten-

S Jephanus ñ Significamus prñbus tris nris q
w.p. avomodo coram nobis et aulis Cancellariæ nrĉ
personaliter cõstituti, Nobiles, Martinus Jarochom
ski, avunculus et tutor naturalis Nobilis Annæ
virginis nobilis olim Generosorum Petri kiss
Babagi ex Transsylvania, ex Nobili Anna
Gaiouska, coniugĉ, procreatæ filiæ legitimæ,
pro eius ratihabitione omnium infrascripto-
rum cauet, atq; se misc̃ibit: Ac non Helisabet
olim Melchioris Boronski relicta, dictorũ
verò olim Petri Kiss Babagi et Annæ, coniu-
gum, similiter filia legitima, recedentes a
suis gñ̃bus propriis et competen. segĉ et
successores suos, cum bonis omnibus suis, iuris-
dictioni hic nostræ, quoad actum hunc, tota-
liter incorporan et subiicien, prænominatus
Martinus Jarochouski dictæ Annæ virginis
nobilis nõie, vti auũculus et consq tutor
naturalis, ipsa verò Helisabet relicta, suo,
cum consensu pdicti Martini Jarochouski a-
uunculi sui, et Generosi Caspari Smolik Kõli-
ci nostri, comitatũ, hinc secum personaliter stãn-

liberé, beninolé, recognoẽrunt, glia ipsi, oi
meliori modo, via, iure, stylo et forma, quibus
melius et efficacius de iure potuerunt, fecerũt,
constituerunt, et solemniter ordinarerunt, inscripse:
runtq; prout faciunt, constituunt, et solemniter
ordinant, inscribuntq; praesentibus, in suum
verum, legitimum, et indubitatum plenipoten:
tem et mandatarium, gestorem, factorumq;,
Generosum Michaelem Malecskowski magni
Procuratorem Aciis nostrae Cracovien, in oib;
suis causis, negotiis et actionibus suis, pere:
osdem constituentes, cum quibusvisq; personis
statis et sexus utriusq; conditionis et offi
ae praeminentiae existen, occasione
quarumcunq; rerum, debitorum, et omnium bo:
norum tam mobilium, qz immobilium, ut pote
auri, argenti, clenodiorum, summarum pecu:
niarũ, suppellectilis domesticae, frumẽti, utен:
silium, vestium, vestimentorum, et aliarũ re:
rum et bonorum mobilium, quocunq; nõe et
cognõie vocatorum et nũcupatorum, item fu:
dorum, villarum, praediorum, domiciliorũ, ac
aliorum universorum bonorũ immobilium qui:
torum olim Gnosorum, Petri kosch Babagi, et
Annae Gaiovska, coniugum, proprietã et he:
reditariorum, post mortemq;, et de hac lucе
decessum eorundẽ olim coniugum, in earũ tri:
num virginem, et Helisabete Borovska,

vidŭam, sorores, et cornndem olim Petri kiss
Babagi et Annæ Szaonska, coniugem, filias et
successores legitimas, iure Diuino et naturali
gerohŭg, ipsisgę sororibŭs seruiĕn, coram giudŭs
cungę iudiciis et officiis magistrathŭsgę Trans-
sylvaniæ habitis siue habeń. Dantes et con-
cedeń, præsentibŭsgę inscribeń præfatis ple-
nipotentis seo omnimodam potestatem et ple-
nariam facultatem eisdemdŏ omnes et singulas
causas actionesgę suas, coram eisdę iudiciis, of-
ficiis, magistrathŭsgę, cum gnŏbuscungę personis
statŭs, sexŭs, conditionis, aę præeminentiæ cuius-
uis existeń, occasione quarumcungę rerń et
bonorum omnium supradictorum, tam mobi-
lium, gę imobilium, gruis nunc et cognomi-
nę capiendorum et nę capiendorum, procurań, tu-
tań, defendeń, aę debitoribŭs pdictorum olim
Petri kiss Babagi et Annæ coniugum, paren-
tum verò dictarum Annæ, et Boronska viduæ
sororum, debita, sŭmasgę pecuniarę, ex vi
quorumcungę contractuum, resgę quasuis et
bona, ac Priuilegia ad bona ipsa seruientia,
a personis tam publicis, gę priuatę, exigeń,
petń, leuań, percipień, aresta faciń, et
eadem relaxań, iŭs et iusticiam ratione dŏ
bonorum mobilium et imobilium, et damno-
rum illatorum, petń, iuregę omnemodŏ,

et actiones instituen, varendas fstan, et fstare
admitten, rectoq; iuris ordine terminan, ju-
ramenta facien, suscipien, et de eis diuitte,
sententias contraq; judicam audien, suscipien,
et a non susceptis, tribunalia superiora judi-
cum prosequan, appellationesq; prosegren et
continuan, aut ab eis recedan, concordia et
contractus facien, amicabile transigen, nsa-
ptiones et cbyrographa, inrisq; protestas
cassan, mortificar, et in nibilum redigen,
de perceptisq; omnibus grietan, in domos,
villas et fdia, aliaq; bona, mobilia pre-
dicta sese intromitten, possessione apprehen,
et eaq; locan, arendan, unum, vel plures,
loco sui, plenipotentem, vel plenipotentes
substituen, et substitutos removan, causamq;
et causas, in se reassumen et prosegren.
Et generaliter cia et singula, que vel ju-
dicorum, officiorumve aut magistratum
transsyluanie consuetudo, vel causar, et
negotiorum ipsorum agnitas et ratio in pre-
nisis exposcere videbuntur ad bonum
negotium necessaria, etiamsi talia foret,
que mandatum magis speciale q3 presentibus
est expressum, exigerent, facien, geren, exer-
cen, disponen, finemq; bono terminan. PRo:

mittentes, et se praesentibus inscribẽ supraser:
pti recognoscentes, ea oĩa et singula, quæcũq;
per dictum plenipotentem suum, aut eius sub:
stitutũ, in eisq; omnibus et singulis cãũsis
et actionibus suis, acta, facta, gesta, con:
stituta, ordinata et exegrata fuerint, pro
rato et grato suscepturũ et inviolabiter obser:
naturos, non aliter ac si ipsimet recognosce:
res personaliter p̃missa oĩa et sĩgula quæ:
sent, fecissent, ordinassent et exegnis esset.
Quam quidem supra specificata plenipoten:
tiam, seu omnia tutoria, modo p̃misso fact,
p̃dicto Gnõsio Michaeli Malczkowski
magno Procuratori Ordĩs nri Cruc, in sn et
de mandato, specialiq; cõmissione nostra Re:
gia, ad postulationem nostram, in se assum:
sit, eandemq; nos praesentibus approbamꝰ
et confirmamus, ac robur debitum obtinere
debere decernimus. Quibus, in fidem p̃mis:
sorum, sigillum nostrum apponi mandamus.
Actum et datum Cracoviæ in vigilia om:
nium sanctorum, Anno Dñi, ut supra Mcccclxxxviij

Bornomissa domus in Sa-
decz à iurisdictiõe ciui:
li exemtio.

vlg. Stephanus &c. Significamus &c. quod nos gratia
nostram in Generosum Casparum Bornomissa, testata
facere volentes, eumq; ad benemerend de nobis ac
Repub: nostra reddere promptiorem cupien, domum
lapideam ipsius propriam ad latem Dogonska nu-
cupatam, in circulo civitatis nostre Sandecensis ex
opposito domus Operstalonski ex una, et domum
Joannis Baptistae Gandolfi, partibus ex altera sita
et jacen, ab omni jurisdictione civili absolvendq;
eximen, et liberan esse duximus: prout antiqe
nostra Regia absolvimus, eximimus, et libera fa-
cimus praesen tris nostris ad vitae eiusq; Gnis:
Caspari Bornomissa extrema tempora: eamq;
jurisdictioni terrestri, et Nobilium libertati ad-
scribimus et incorporamus, eoq; jure, quo et alia
bona terrestria, gaudere volumus. Quamobre
universis et singulis subditis nris, in gratiarum di-
gnitate, statu et conditione existen, praesertim
vero Capitaneo, Proconsuli, Consulibus, Advocato,
Scabinis civitatis praenotatae Sandecen, modernis
et pro tempore exibus demandam mandamus,
ut ne sibi aliquam potestatem in pfatam Gn:
am Bornomissa, ratione domus pdictae jurisdi-
ctione civili exercenda usurpent, sed huiusdi
exemptionem a nobis concessam, firmiter et
inviolabiliter teneant et observent pro gra nra.
In cuius rei fidem et testimonium pnbas ma nra sub.
scripsimus sigillumq; nrum est Datis Cracoviae die vl-
tima mensis octobris Anno ut sup. Steph: Rex

Vnbili Jacobo á Wagrowiecz emen bonorii ad Ecclesiam, in vim reemptois, consensus.

Stephanus &c. Significamus &c. Expositum nobis
esse nomine Venerabilis Jacobi á Wagrowiecz
actu Presbiteri, eum pro amore ecclesiæ et Di-
vini cultus promovendi studio, certam summam
pecuniæ, nimirum trecentos florenos, numeri et mo-
netæ Polonicalis, vellet in emen pro ecclesia
Parochiali Wagrowecen, vel etiam alius ubinis
locorum, census annuos perpetuos collocare. Sup-
plicatumq; nobis esse, ut consensum illi nostrũ
Regium, eam ad rem præberemus. Nos ergo pi-
um eius propositum et institutum benigne comple-
xi, annuóq; eius supplicationi, consentiẽ et per-
mittẽ esse duximus: consentimusq; et permitti-
mus litteris hisce nris, ut pro summa superius
nominata trecentorum flor. possit ipse per se,
vel per suos mandatarios eidem Ecclesiæ Paro-
chiali aconomi sive dispensatores, communibus
diebus, vti illi, vel illis visum fuerit, census
perpetuos, in vim tamen reemptionis alias na
wyberkoff, tam in oppido Wagrowecen q̃ etiã
alibi ubinis locorum, in bonis etiam terris iurisdi-
ctionibus subiectis apud cuiuscunq; conditionis et status
personas, cuẽmere, emptionisq; inscriptionem,

et instrumenta authentica conficien, ita vt een-
sus illi per eum, vel eos empti, ecclesiæ p̃dictæ
vagrorecen, perpetuis temporibus, iuxta condi-
tiones et contractus, qui eo nõie facti fuerint,
gratãnis soluantur. Quin etiam eorundem cen-
sus, qui ita vt p̃missum est, cõempti fuerint,
adscribimus, et incorporamus hisce literis nris
libertati et immunitati Ecclesiasticæ, ita tamẽ
quod in repetendis illis, liberum illis sit præ-
dictis mandatariis vel dictæ Ecclesiæ œcono-
mis, siue Dispensatoribus, quocunq; illis libe-
rit iure, vti, hoc est, siue Spirituali, vel Ca-
strẽn, siue Magdeburgẽn, aliis iuxta descripti
contractum per eos faciẽn. Volumus nihilomin⁹,
possessores dictorum bonorum, in gradibus consti-
empti fuerit obligatos esse, si fuerint ter-
restria, ad expeditionem bellicam, si vero
ciuilia, ad onera ciuilia faciẽn, non obstãn
eo quod eorundem illis, Ecclesiasticæ libertati sit
adscripti. Atq; in horum ómẽ fidem, has fieri
nrás subscripsimus, sigillogq; regni nri subappri-
mi iussimus. Datæ Cracouiæ vltima die Men-
sis Octobris, Anno vt supra. Steph: Rex.

Joãnes Dambrowski à cõn:
cñu cum Stõ Karsniczki sub:

judice Syradien inito,
recedit.

vsp. Stephanus &c Significamus vob Quod comparens
personaliter coram nobis, et actis Cancellarie
nostre Nobilis Joannes Dambrowski, sanus me-
te, ac corpore existens, non cumptus, nec coactus,
recedens ab omni iurisditione sua propria, iureq;
suo quouis competenti, et hanc iurisdictionem nostre,
quo ad actum recognitionis premissi, in toto sese in:
tulerat et incorporat, libere recognouit et per
expressum fassus est, quia a contractu cum Gene-
roso Stanislao Karssnicki Subindice Syradien,
et Burgrabio Arcis Crac, nito, mature cius-
Subindicis subscripto, tum per nos confirmato, to-
taliter recessit: atq; de p'dicto contractu no:
minatum Subindicem perpetuo quietat, ab eodeq;
dictum Subindicem liberum perpetuo fauit. Insup
protestationes, coram officio et actis castrensis Cra,
covien, et Rome ciuitatis Corczin, seu in qui-
buscunq; actis, tam terrestribus, q3 castren, val
eham coram actis Cancellarie nostre per Goicha
Dambrowski, de iuribus super Burgrabiatum Arcis
Cracovien, modo quocunq; se habere pretensis et
petatis, quomodocunq; factas et recognitas, cas:
sat, annihilat, et ab eis perpetuo recessit, no:
lens, per hoc praeiudicare iuri optimo p'dicti
Stanislai Karssnicki Subindicis terris Syra:

diensis, et Burgrabii Cracouiæ, super hoc idem officium Burgrabiatus Castri nostri Cracouiæ legi: time habito. Quam quidem recognitionem nos rata et gratam habentes, ei tota approbamus, atq; robur debitum habituram decernimus. In cuius rei fidem Datum Cracouiæ die vltima mensis Aprilis, Anno vt supra. Rex Ioannes Dorrkonski

Joanni Krzeczki, bonorú, iure caduco, Simonis Liko, Bidgostien, crimine, ad dis: positionẽ Regiá deuolutór, donatio.

Stephanus &c. Significamus &c. Quod cùm re: latum esset nobis, de quodam Suburbano ciuitatis nostræ Bidgostien, Simone Liko, eum ob crimen adulterii in carcerem, à magistratu ciuitatis e: iusdem coniectum, mete pœnarum, laqueo sibimet mortem consciuisse: Idcò, gratiam ex legú, ac iuris præscripto bona illius, ob facinus eiusmodi in semet ipsum admissum, ad nos, et fiscum nr̃m recidisse censentes. Nos eadem illa bona ea et singula, mobilia et īmobilia p̃dicti Simo: nis Liko, hac vti supradictum est, rõe, ad fi: scum et dispositionem nostram deducta, Nobili

Joanni Krzeczki, Notario Thesaurj nostri, servi
horum illius, qui nobis, antecessoribusq nostris
in Thesauri negotiis, sùma cum fide, atq singula-
ri dexteritate ꝑstitit, et nunc etiam præstat,
rationem habẽs, dat, donanda, atq conferen
esse duximus: Damusq, donamus et conferimus
iure et titulo perpetuj et irrevocabilis dona-
tionis: Ita tam et successores ipsius obtineã et
possideã, atq etiam, cui libitum illi fuerit, donãdi,
vendendi, cõmutanda, alienandi, et in usus quosvis
convertendi, prout sibi et suis bonis suis expedire
visum fuerit: In quo quidem bona, modo præmis-
so per nos illi donata, damus et cõcedimus illi in-
promissionem iuridicam cum possessione pacifica,
modo iuris competẽti apprehendi. Quod omnibus quo-
rum interest, ꝑcipue vero Proconsuli, Consulibus
Advocatis et Scabinis, ac aliis magistratibus
et officiis Civitatis nrã Bidgostiensis ad notitiã
deducimus, mandamus, ut bona cadq suprascripti
Simonis Zako, ob mortem sibi temere illatam,
ad nos devoluta, et a nobis ꝑdicto Joanni Krzez-
ki donata, eidq in possessionem cum intromissione
iuridica tradant. Alterigi pro officiorum suorum
debito et gratia nostra ne fercrit. In cujus
omnium fidem, præsentes manu nra subscriptas
et sigillo Regni obsignari mandavimus Datã Cracou
die secunda Decembris Anno ut sup. Stephanus Rex.

Caspar Smolik, iure suo, ac per lucris, super Cnso Ma: Zbia Marczinowski obtẽ, Mgco Cancellro Regni, cedit.

S.W.

Stephanus nr̃. Significamus his lris nrís quòd coram: parens personaliter coram achs Cancellaria nra Generosus Caspar Smolik, sanus mente et corpore exi: stens, non compulsus, neq; coactus, recedẽs a lonḡ, iurisdictionibus, iuribus, forogs et iurisdictione competenti, quibus, cum bonis suis subest, et se, ac bona sua u: niersa, successoresq; suos, iurisdictiõi nostre, quo ad actum et effectum inscriptionis praesentis at: hinc, incorporando et subiiciẽs, libere, publice et per expressum recognouit, quia de omni iure, ac inscriptione sua obligatoria, in achs Castren Capitaneatibus Cracouiẽ, sibi a Cnso Mathia Marczinowski super summa sex millium et o: Ungerorum florenorũ pecunia cõmunis, mone: ri et moneta Polonie, quemlibet florẽ trigita groschis computand, legitime et iuridice facta et recognita, una cum littione, ligamentis, cautio: nibus, in eadem inscriptione comprehensis. Ne: mon de omnibus citationibus, concitationibus, ad: citationibus, protestationibus, lustris, perlustris, pro: mis, variis simplicibus et triplicatis, ac quibus:

nis rebus indicatis, in gravamen pueri et gradus
juris dependet, vigore cujus inscriptionis, pro
vadiis gubernandi, ex gravamen causa, per ipsum
Casparem Smolik, in officio castren Capitaneali
Cracovien et Belzen, seu in gravamen alio indi-
cio et officio Regii, ac dominorum illi subiecto
rum super Joanne Matthia Marcinowski per
duchis, obten, et continuatis, cum omnigi inre,
dominio, et proprietate: Nihil juris, dominii,
proprietatis, ac gravaminis usufructuum et ut
litatum ex eisdem juribus, ac literis et perlustris p.
dicti, sibi et suis successoribus relinquen et ore
servan, seu prout hoc ipsum jus totum et integrum
ipsum spectabat et concernebat, et pront, Ille d
solus tenuit, habuit et possedit, Magnifico Joanni
Zamoiski de Zamoscie, Regni Poloniae supremo Can-
cellario, et Belzen, Venissinen, Zamechiensi Ca-
pitaneo, et eius successoribus, cessit et condescen-
dit: pront jam exhibuit, condescendit et resi-
gnat, abiegi omnia ipsius juris, ac inscriptionum
et perlustrorum seorum beneficia, in eund Ma-
gnificum Joannem Zamoiski Regni nostri supre-
mum Cancellarium, et eius successores transfudit
perpetuo et in aevum. Et jam ipse Gnus Caspar
Smolik, eidem Magnifico Cancellario dedit et
admisit, praesentibus dedi et admittit realem
intromissionem, et actualem possessionem, in hoc
ipsum jus et inscriptionem, ac perlustra, per mim:

s. Parialem terrestrem, gremcungi, gremsibi elige:
re voluerit, iam exnunc a nobis, praesentibus ad:
ditum ad intromittendum ipsum in possessa in:
scriptionem, et perlustra, ac litera gratis. Das
et admittens, ac tribuens plenariam et omnimo:
dam facultatem, eidem mgco Joan Zamoisii
Regni nostri Camellario, et eius successoribus, lo:
cumos suas sibi cessas citationes, convitationes,
adcitationes, inotescentias gratis; necnon litera,
perlustra, ac grosas iuris processus, in grocungi
pench et gradz iuris deperdeñ, in grocungi iu:
dicio et officio Regni continuare, ac prunchs in:
missis prosequi, prout melius et condutibilius ipsi
mgco Joanni Zamoisii et eius successoribus oppo:
fuerit. Quam quidem recognitionem, ubi legitime
factam, nos admisimus, et in acta Camellarie
nostra inscribere mandauimus. Decernimusq; cas.
et omnia in illa comprehensa, robur et pondus
suum iustum et debitum semper obtinere de:
bere. Harum testimonio literarum, quibus, in s:
dem sigillum nrm est appensum. Datt
et datum Cracouie, die tertia mensis Xo:
nembrs, Anno vt sup. Ad mdo d Jo: Bo:

Mathias Marczinowski,
mgco Cañio Regni, boa donat.

vdj.

S Jephanus ꝛc Significamus vñ, qđ ꝙa comparens
personaliter coram nobis et actis Cancellarie nostre
Generosus Mathias Marcinowski, hæres in Marci-
nowicze, sanus mente et corpore existens, non com-
pulsus, nec coactus, mo consilio matro suo et ami-
corum suorum ꝯ habito, et re prius bene deliberata,
recedẽ a ꝑtis, Palatinatibus et iurisdictionibus
gñalibus suis propriis, hinc verò nostre presentis
iurisdictioni se et successores suos, ac bona sua
omnia, quoad actum presentis recognitionis, in-
corporando et subiiciẽ, libere, publice, ac cla-
ris et expressis verbis recognouit, qđa totas et in-
tegras suas villas ac hæreditates, Rogozno et Lo-
szinicz dictas, ac totam et integram sortem ville
Wicprzonoje jezioro, ex parte lacus Wicprzonoje-
zioro, versus Rogozno iacentẽ, in Palatinatu et dis-
trictu Bełzẽ consistẽ: cum omnibus et singulis
earundem suprascriptarum villarum ac bonorũ
fructibus, prouentibus, reddit̃ibus, seruitiis, ac obe-
dientiis vniuersis, ex eisdẽ bonis ac villis, quouis
modo generaliter vel specialiter prouenien, et
ad eadem bona, ac villas spectañ: cumq; omni
iure, ac toto dominio, proprietate, et titulo hære-
ditario: Videl iuris, dominii, proprietatis et pro-
prietatis ac titulj eiusdẽ, et similiter quorum-
uis ꝛnstructuum et utilitatum, in eisdẽ bonis si-
ue villis sibi, ac suis successoribus reseruañ ac ex-
cipiẽ, jta tam late, longe, et circumferentiãt, prout

pfatorum bonorum, ac villarum limites, iuxta si
gna, als Jaiezby, per ipsum Marcinowski et illig
fratres in pra̅sentia Nobilium Fabicii Srzedzinski
et Mathiæ Chopowiczki vicecapitei Zameczkeń,
a borris suprascriptarum villarum ac bonorū
ex una, et villarum Ruda ac Narol, partibus
ex altera facti, se extendut, magnifico Joa̅ni
Zamoiski Cancellario Regni nostri, Belzen̄, leni:
sinen̄ Zamczkeńsi Capitaneo, dedit, donavit ac
resignavit perpetuē et in eternum irrevocabilr̄:
Per ipsum magnificum Joa̅nem Zamoiski et eius suc:
cessores, iurē veros, et legitimos hæredes, pdi:
cta bona, modo p̄missо sibi donata, tenen̄ ha:
ben̄, et perpetuē possiden̄, dare donare, vendere, cō:
mutan̄, alienan̄, ad usus suos prosequi benepla:
citos, ac suis erum suorum, conceden̄ perpetuis te:
poribus: Et iam eam dedit et admisit pdictus
Generosus Mathias Marcinowski, pdesentibusq̄
dat, et admittit, realem nitromissionem, et actu:
alem ac pariscam possessionem, cum usufructu
plenario, in bonis et villis pdictis, eidem mgco
Joa̅ni Zamoiski, per ministerialem terra̅m illius
Palatinatus, in quo bona eiusmodi consistut, vel
generalem Regni, quemcunq̄ sibi elegerit, cham
sine additione alicuius iudicii vel officii, quo:
cunq̄ tempore voluerit, acceptandam: Quin
